4

S T E P H A N V S

Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiaeque etc. Necnon Transyluaniae Princeps. Significamus teno-
re praesentium quorum interest uniuersis et singulis. Quod constitutus coram nobis personaliter nobilis Christopherus Gorzkowsky villae nostrae Su-
lischowice ad Capitaneatum [illegible] spectan[tis] Sculte[tus] libere et spontanee recognouit quod de omni iure suo quod a serenissimo olim antecessore no-
stro Sigismundo Augusto Rege Poloniae ad vitam suam concessum habet filio suo nobili Stanislao cessit de aduitalitateque condescendit. Sup-
plicatumque est nobis ut ad eam cessionem demissionemque in praefatum Stanislaum per nobilem Gorzkowsky factam consentiremus. Itaque eorum sup-
plicationi uti iustae benigne annuentes in eam cessionem consentiendum duximus. consentimusque praesentibus litteris nostris atque ipsam ratam et gra-
tam habentes authoritate nostra regia approbamus et confirmamus. Damus et concedimus praenominato Stanislao filio nobilis Christophori Gorz-
kowskij ex gratia nostra regia hanc Sculteciam in villa dicta Sulischowice cum omnibus eius ex antiquo pertinentiis hortis pratis agris
tabernis in eisdemque propinationibus et agro Michankowska dicto, per olim [illegible] antecessorum nostrum serenissimum Sigismundum Augustum
Regem Poloniae huic sculteciae adiuncto aliisque omnibus et singulis fructibus pro[illegible] [illegible] sunt et postea humana industria inue-
niri et excogitari possunt. [illegible] prout litteris originalibus latius est expressum praefatus [illegible] [illegible] huius sculteciae immedia-
tus possessor tenuit habuit [illegible] possedit ad vitae eius extrema tempora tenere habere [illegible] [illegible] pro nobis et serenissimis succes-
soribus nostris Regibus Poloniae [illegible] hominum nos de manibus praefati Stanislai sculteciam praefatam [illegible] uixerit redimere concessuros neque suc-
cessores nostri concessuri sunt. Imo nec nos ipsi pro mensa fisco aut alia quauis nostra et reipublicae [illegible] redimemus neque successores nostri redim-
pturi sunt. verum ipsum in usu et possessione pacifica praefatae sculteciae villae nostrae Sulischowice [illegible] extrema vitae tempora, necnon omnium et sin-
gulorum prouentuum ad eam antiquitus spectantium et pertinentium conseruabimus. successores[que] nostri conseruaturi sunt. Iuribus no-
stris regalibus ibidem semper saluis permanentibus. Harum quibus sigillum nostrum [prae]sentibus est appensum testimonio litte-
rarum Datum Bidgostiae die duodecima mensis Martij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Septimo Regni
vero nostri anno Primo.

Stephanus Rex

Ioan: Borukowski
Praep. Lanc. [illegible]

[illegible]

[illegible]

№ 2

1577

5 fl

A ... [illegible] ... Stanislao
[illegible]
№ 1

[illegible]
[illegible]
[illegible]